



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





4<sup>o</sup> Ph. Pr. ~~200 fm~~

63<sup>c</sup>

Gesenius

CHRISTIANI VIGILIS

V. D. M.

# CHRISTIANA BENEDICTIO

*ad*  
**IMPIAM & IMMANEM**  
*maledicentiam.*

**DNI. SAM. PUFENDORFII**  
*I. N. D. & P.*

*Quam illi in Epistola ad Celeberrimum Virum*

**DN. JOH. ADAMUM SCHERZERUM**  
Theologum apud Lipsienses Primarium,  
effutiit.

*Matth. V. v. 44. 45.*

**BENEDICITE MALEDICENTIBUS**  
Orate pro PERSEQUENTIBUS & CALU-  
MNIANTIBUS vos, ut sitis  
**FILII PATRIS VESTRI** qui est in celis.



BIBLIOTHECA  
REGIA  
MONACENSIS

i. Pet. III. v. 9. seqq.

**N**E reddatis malum pro malo, aut convictum preconvi-  
tio. BENEDICITE porro, scientes quia ad hoc vo-  
cisti estis, ut benedictionem hereditate posseatur. Quisquam e-  
nim vitam diligere vult, & videre dies bonos, coercent lin-  
guam suam à malo, & labia ne loquuntur dolum. Declinetu  
malo, & facias bonum, inquirat pacem & sequatur eam. Quia  
oculi Domini super iustos, & aures ejus in preces eorum. Vul-  
sus autem Domini in facientes mala. Et qui ille qui mala  
vos affigere vuenire aut affigere voleris (nisi à naxionis viciis) si  
domini imitatores fueritis. Sed si & parvimi propter iustitiam  
beatis, timorem eorum ne timueritis neque conturbemini. Do-  
minus autem sanctificans in cordibus vestris.

# CUM DEO!



Tane tandem invenisse Te speras, Doctissime & Celeberrime Dn. Pufendorfi, honestam magno nomini tuo vindictam, quâ veritatem salutarem quidem illam, sed eheu quam Tibi amaram, gloriose ulciscereris. Dudum est quando ab eo qui procul habitabat & benè cupiebat monitus fui, Te atrocissima in me bonamque meam famam moliri, & ut illa gravissimè pateretur in suprema Regni curia enixe egisset. Non magnopere terruit nuncium; potius animum auxit, cum crederem ea ratione & me futurum inter eos quibus dulcissimus hominum salvator, prædixit: persequentur vos & deferent apud Reges & Præsides propter nomen meum, ut est apud Lucam Evangelistam cap. XXI. v. 12. Cesta mihi, quæ nec se sellit, spes erat, Potentissimum Regem, et a teroisque per Svediam justitiae Principes, Te justitiae sacerdote longè justiores esse, quam ut condemnare justum possent & impii causam impiam justam prouaciare; id quod & Deo abominabile esse Regum sapientissimus pronunciavit in proverbiis suis c. 17. v. 15.

Improbi hujus moliminis nuncium neglectum vix erat & animo abjectum, dum ecce novum adest furibunda mentis argumentum; Dnum. Sam. Pufendorfium Hamburgi typis exscribendas obtulisse chartas novem circiter quaternionum quibus mendacium in ipsa fronte pingitur: Sam. Pufendorfii *apologia contra SCURRILITATES* & *licujus V. D. M.* qui se Christianum Vigilem vocare voluit.

Hamburgi cum res ex voto non succederet, nollebatq; sub  
fædo scurrilitatum nomine scribi veritas, cito pede Lipsi-  
am ad nundinas properat impudentia, an ea forte occasio-  
ne divendi per orbem posset. Ne tamen in fronte effigies  
appareret inverecundia, illud monstrum nominis muta-  
tur & indici librorum inscribitur, qui illis nundinis autu-  
malibus francofurtenibus & Lipsiensibus an. 1674. prodi-  
bant, sed ut opus aliquod (in magnum reipublicæ literariaæ  
detrimentum) serius exhibitum sub hoc titulo: *Sam. Puf-  
endorfii Responso ad maledicuum (nempe malè dicta erat  
veritas) scriptum cuiusdam V. D. M. qui se Christianum Vigil-  
em vocat, juxta Exemplar Londinense.* Scilicet sic cito ad-  
olevit abortus, & qui paucos ante dies Hamburgi Junonis  
Lucinx operam frustra exspectaverat, jam nigellis Cadmii  
filiolis renatus dicitur, quamvis hæ pulchræ Nymphæ vir-  
ginitatem sibi intactam inde hactenus servaverant. Cre-  
dito, mi Dne. Pufendorfi, omnem hanc protervitatem  
quâ superos, inferos, in auxilium vocaveras, ut dignita-  
tem meam imminueres & bonam famam commaculares,  
credito, inquam, non me à constantia & aquanimitate  
vel latum ungvem dimovisse; Non quod mordacem, qui  
in Te est, dentem non nossem; sed quod causæ bonitate  
fretus, & Dei ope subnixus, hosce Diaboli insultus non  
ultra nocituros considerem, quam id mihi in salutem per-  
miscerit divina bonitas. Et vide quâm tandem in crepitum  
desierint, quæ non nisi fulgura & tonitrua minabantur nu-  
bes ventosæ. Ut animo vel furori potius mos geratur, scri-  
bitur & exscribitur Epistola, idque, ne sine omniæ esset  
nomen, *Harderuvici*, fortè vicinore nobis oppido quam  
ut ad fæderatos Belgas pertinere posset aut Hollandici no-  
minis Typographum *Cornelium van der Bucht novisse*. Hæc  
conquæsta super injuriis justissimi facti, sic penitus nihil  
præter

præter injurias & calumniarum protervitates sparat; ut  
crederem non ipsum: qui à calumniis & obirectionibus  
nomen habet Diabolum calumniandi artes magis għar-  
& eleganter exercere potuisse. *Duos de albare se velle pa-*  
*rietas promittit & id quidem unā fideliā; forte ex cacabis*  
illis fætidis (Stinkpotten) quibus obſeffūr urbes angustari-  
hodie assolent. Si denigrare dixisset, verius forte & con-  
venientius: quid enim à tanta nigredine albi aut candidi  
exspectare quis poterit. Minus tamen adhuc quam res est  
dixisti, Dne. Pufendorfi, & non duos sed tres simul tuo co-  
lore, eheu quam nimis atro, infecisti. E quibus tamen  
tertius qui Excellentissimo Scherzero & mihi non sine in-  
genti solatio & forte non minori auxilio in societatem  
mali venit, sic prorsus magnus est & potens, ut sperari  
possit, quod non impune ferre debeat hanc suam tintu-  
ram niget, qui dealbare voluit, tinctor. Cogita enim que-  
so &, si non ex illo, qui te habet, furore mentem ab jecisti,  
expende, an ex suo hoc consilio quod quæsitus ex ratione  
publici sui muneric dedit Dnus. D. Scherzerus, an, inquam,  
ex hoc ille consilio teneri possit? ut non potius, quam pu-  
blica & sancta que Censuræ tribuis, iniqutia & injustitia ad  
Augustissimum & Potentissimum Saxonem pertinere de-  
beat? Certe, si iniqua est censura ab autore suo iniqua est  
præcipue, & multo potius qui iniqua fecit quam qui svasit  
pro iniquo est habendus. Non potes igitur non per la-  
tus Dni. Scherzeri eum, qui ex nascendi sorte Tibi Domi-  
nus erat reverenter habendus, serenissimum Electorem  
vellicare, quando injuriarum postulas sanctam illam Cen-  
suram, quam providus hic ecclesiæ nutritius, & prudentis-  
simus Reipublicæ suæ nauclerus affigi mandavit, non azi-  
am ob causam, nisi ut suis à novis dogmatibus cerebelli-  
miki & malè-novatur, cuius debiti caveret. Hanc autem;

anno Tibi sedet Eruditissime Dne. Pufendorfi. maledicis, ut male factis olim Herostratus, inclarescere & ex Aegaeâ, unde princeps tenebrarum magnus est, famam, qua apud posteros memorandus sis, quærere? Fator in hac quidem Palæstra sic Te per omnes contumeliarum numeros probasti, ut qui paria tecum facere vel dubiam tantum Tibi palmam reddere possit, non facile inveniatur. Itane Tibi ad astra ibitur, ut inclitus literarum Heros, pro quo non Hector quidquam non Agamemnon valebat, ex hac maledicendi disciplina audire præsumas? Ce te non Leoninus sed caninæ mentis est famam alterius rodere & allatrare. Non aquilæ sed scarabæ circa sterquilinia mussitant ut in his laute epulentur. Non alites qui summa petunt, sed pediculi circa saniem & scabiem hærere solent. Convitiis certare non Martis fortibus pullis, sed levioribus aniculis in more est positum; &, quod diu observavit Magnus scaliger, scurrilitatum & consumeliarum proterva nomina non in literarum officinâ, sed in circinis, in lustris, in cauponis olim nascebantur Character animi sermo est: halitus fætens vel dentium vel stomachi putredinem arguit; neque ex faucibus tam malè olentibus bona mens subodorari poterit. Cur igitur, Mi Dne. S. Pufendorfii harum rerum gloriam tam operosè experis, ut in arte hac infami famam quæras, & quam bellus in ea sis artifex novo subinde specimine apertum facias? Non Te clam est, quam Monzambani famosi illius scripti publica fama Te authorem ferat. Neque Tu aperte negare audes, ab hec Tibi fœtu uterum intumuisse, ut in lucem exponi debet: Tantum pro tuo non agnoscis filium tantopere deamatum, veritus forte, ut lex, *Ne filium propatrem invertatur*, quasque meruit filius poenas luere parens debeat. Sed hec nihil ad me. Publica Tibi fama tribui, sive velissime nolis

nolis perinde est, famosum illud Monzambani scriptum; diffiteri proorsus non potuisti. Expende autem quantumarum injuriarum ex hac fama publica publicè si non convictus certè suspectus esse debeas. Non fides, non religio, non summa in imperio nostro potestas ab injurioso hoc & pertulanti stylo tuta esse potuerunt: sacra profanaque tacta sunt omnia. Sacratissima Imperatoris nostri Majestas & autoritas, que ut salvatam apud Germanos quam apud exteros & vicinos Reges maneat summopere imperii interest, hæc, inquam, sacratissima Majestas eheu! quoties & quam male à degenerè hoc ex Germano Italo pati debuit! Alia matre Reip. Germanæ, pro qua in serru pulchrior, formosior, & amabilior non datur alia, ut magis Germanè iudicavit is qui hanc Monzambani proterviam notavit & strinxit Pacif. à Lapide, alma, in quam hæc mater Germania ipsi est inconcianna Republica compages. p. 128. Irregularē aliquod corpus & monstro simile quod lapsu temporum per secordem facilitatem Casarum, ambitionem principum & subuentiam sacerdotum ex regno regulari in tam male concinnatam formam est pro voluntate p. 115. Crederes è Chamis posturis suppositiū ēsse Italizatum hunc Germanum, qui obvelatā vultū venustate illius unde genitus esset pudenda sic impudenter detegeret, quando per opinionem chiamericam & monstrosum rotante Pacif. à Lap. pag. 393 Monstrum facit Germaniam, tantum quia ad monstros hontinē regulam & ingenium aptari nequeat, nisi scribit is qui anno nuper et aplo de Rcp. Monstrosa contra Monzambano cōjusque affectas disquisitionem instituit pag. 47. Principes proceresque Germanie ambitione accusat, tam atrociter, ut inde ex regno regulari in formam tam male concinnatam privedaretur Germania p. 115. Protestantes novae Religionis adidici per contumaciam ipsi vocatus, qui quod Reges ante

omnia jubent, spoliatos restituiri ergo versabantur p. 78. Eos qui Comitus anni 1641. interfuerunt non absurde in suspicionem adduci putat ac si in fraudem Svedorum Bremam inter liberas civitates receperissent, cum jam eum subolerent illum Datum

N.B. in ipsorum manus perventurum, p. 73. Serenissimum Electorem Brand. accusat palam, quasi urbium libertatem ferre non possit uti notatus est à Pacifico p. 328. Civitatum fautor sic plane non est, ut sub jugum principis mittendos vane & contra optimorum ac moderatorum spem & votum auguretur, notante denuo Pacif à Lapid. p 326. Theologi qui salutarem Evangelii Reformationem curabant fraterculi huic Italo erant miselli, quibus ex levibus causis (sic Evangelium animo levissimo levitas est) rixa oriebantur p 76. Selectum illud Dei organon Lutherus Martinus ille homo praefervidi ingenii qui laicorum captare favorem insti-  
tuit quique adeo ~~de~~ ante promissis deliniendus p. 77. Prior verbi divini prædicatione novo huic homini nullius religio-  
nis nova erit disciplina p. 78. Ipsi antiqui & purissimi Ev-  
angelii prædicatores novi Doctores p. 108 Calviniana Religio  
huic quidem in omnibus religiones pariter abeundi parum à Lutherana abibat, nisi quod omnes Catholici ritus reliquias cum pulvrisculo ejūcere voluerit, atque recentia dogmata sub-  
tilius quam à Lutheranis factum elimare p 147. Dissidia igitur inter Lutheranos & Reformatos sacerdotum pervicaciae  
debet existimari, in tñenda non tam doctrina quam existima-  
tione sue, putatque principum esse, quandoquidem à Sacer-  
dotibus impetrari non possit, ut suam obstinationem post com-  
moda reipublica ducant dissidium illud extinxisse, non dubi-  
tans quin paucos inera annos illa lites ulero sint expiratur, si principes in adsciscendum ministri non amplius vocabula se-  
ctarum sed animi & ingenii doctes spectent; si pars modo &  
etrigue religionum addicti tives habeantur, si sacerdotibus inter-

interdicatur controversias illas in concionibus agitare & a-  
speris nominibus parsem perstringere, si denique in scholis  
publicis non ferantur nisi viri moderati & prudentes p.148.  
Quin ita totam sacerdotum nationem acriori intemperie a-  
gitari seribit & horredus affectibus gestare animos. Non daré  
hominum genu in quo plus reperiatur ambitionis, avaritiae,  
invidiae, iracundiae, consumacia p.145. Qui ad explicandam  
structuram Reip. nostrae in publicum provolant non nisi asini  
sunt ad Lyram, historia patria scientiaque civiliū rudissimi.  
Juris civilis sciencia non est nisi febriculosa p. 21. Humanio-  
res qui colunt & profitentur literas homines sunt umbratice  
in scholarum pulvere nutriti & solitarii suis speculationomi-  
bus vacantes p.145. Theatrum Europæum opus eximium  
& ab illustribus animis maximi æstimatuum, radix indigesta-  
que moles. Hypolito à Lapide prohibitio libri efficit ut pre-  
cium legendique ardor doctis accederet; qui cum impugna-  
runt, nugantur potius aut adulantur, quam us ipsius rationes  
destruage. p.110. Et quid opus est multis? degeneri huic ex  
Germanis Italo tota Germanorum natio, omnesque ejus  
cives, eujuscunque sint ingenii, fortunæ, status, in univer-  
sum nihil nisi mera crassities existimantur. Sic prorsus fa-  
cra, profanaque, summos, medioximos, minimos Ger-  
maniz petulanti suo & injurioso stylo pungit, ut credi  
non possit, esse è Germanis vere Germanum, qui hanc Ger-  
manis omnibus tam procaciter illatam injuriam, & quo a-  
nimo concoquere possit, nisi forte cum Pacifico à Lapide  
risu & sibilis explodendam judicet, propterea quod ab Italo e-  
mota mentis & morbidi ingenii projecta sit pag. 347. Sic ut  
mirum non sit, si Scarabæos curarent aquilæ, aut muscas  
captarent, publico Casariv Edicto proscriptum esse tam mon-  
stroso protervitatis librum: Id quod tamen Puff.apol. p.74.  
illus solus conspectum putat, quos in Scania Dnus. Pufendor-

hus ridet orthodoxæ religionis fulcimina. Et hic tamen tam contumeliosu calami famosus liber in Remp. Germanam eiusque proceres civesque, sic in deliciis est illi, quem Germania genuit, aluit, educavit, tot beneficiis & dignitatibus auxit, ut non cum amplissimo tantum elogio manifestet, apol. p. 63. sed & privatim prælegat apol. p. 74. forte ille etiam Magnatum Nobiliumque filii, quos domi sue educavit, ut his à primis statim annis dulcissima nostra Germania ab ipso Germano, in maiorem rei fidem invisa redatur & exosa. Quin sic delicatus hic Monzambano, factus est Dno Sam. Pufendorfio, ut furcifer esse debeat qui quis suum abortum vocare ausus fuerit p. 67. in certum an propterea, quod abortum, an vero quod suum dixerit. Hinc eruditissimi & magni quique qui impugnarunt, Dno. Pufendorfio judice, non multo ampliorem gloriam reportarunt quam Confessorem indicu novitarum maner. p. 68. Scilicet, ut si explicat in hac sua Epistola. Pasquino quam Catone magis digna, ut ipsi judiciali sententia infami relegatione sint damnata & libri manu carnificis comburendo insigne humen autori fenerarentur lit. B. i. fac. i.

Quæso Te, mi Excellentissime Domine Pufendorfi, reputa & expende, si mens Tibi, si pietas si virtus superest, quam malo nomine ex hoc uno quam sic deperit Monzambano, apud bonos & cordatos populares Tuos Germanos, innotescere debueris. Id quod tute scribis, non certe in magnam Tuam gloriam, fama & publica quidem illa, Te Dn. Sam. Pufendorfium autorem fert Monzambani, tam blasphemii libri. Non potest igitur non omnem illius libri Blasphemiam in summas etiam potestates, omnem Aoidopias, omnia proterva convitiorum nomina in Germaniam Germanosque omnes effusa, non potest, inquam, non Tibi Dno. Sam. Pufend. Autori eadem hæc fama, & publica

publica quidem , tribuere. Injuriam Tibi fieri si clamas,  
Tumet Tibimet fecisti. Non enim mea sed tua verba sunt  
quod illius scripti Te publica fama autorem ferat. Credito  
mibi, non me omnem tuam eruditionem , quam insignis  
etiam fuerit, non omnes tuos, quin mundi totius , hono-  
res & opes velle, cum illâ tua, quam Tu publicam esse fa-  
teris, fama. Etenim id quod mendax & Calumniator ma-  
ximus verè tamen dixit, quidquid habet homo non vita sue  
contra estimat : fama tamen & vita pari passu ambulant.  
Quod si igitus bonus esse volebas , Mi. Dne. Sam. Pufen-  
dorfi, quare illam de Te famam , quam nemo bonus ne-  
gligit, sic neglectim curas , ut cum publicam illam nôris  
& fatearis, non etiam publice ostendere labores, quam Ti-  
bi exosus sit Diabolus, quamque eruditus tuus & elegans  
calamus felle tingi , & atrocitates convitiorum scribere  
abhorreat. Salutare est Divi Petri monitum , ut si qui ex  
famigeratione patientur , & malè ab obrectatoribus audi-  
ant, illi ex benefactis malo huic remedium querant, adeo-  
que ex opposita virtute operentur eo diligentius , ut hanc  
postremo videntes illi, qui tanquam de malefactoribus priue-  
locuti erant, Deum nostrum glorifcent i. Pet. II.v.12. Quan-  
doquidem igitur, Christianus in Christiana Academia  
Professor, cā quâ id opus erat pietate simul & prudentia ,  
publicam illam, quam ipse fateris, famam, de tam atroci-  
bus Monzambani injuriis & blasphemias, eluere voluisse,  
ut bonum & amabile nomen humanitatis, justitiae & veri-  
tatis rediret ; id præprimis cavere debuisse, ne cuiuscemore  
convitium diceres, sed ut decet hominem, illis præsertim  
artibus excultum, qui mores emolliunt , ex humanitate  
manaretudine & ratione eo diligentius & cautius ageres.  
At enim nunquam Tibi satis injuriarum ; pacis & huma-  
nitatis sic prorsus ratio nulla habetur, ut quodvis animal

Fiam ex aetadio peccore eisius menti & calamo recurrit  
quam quidquam humani schematis & nominis. In illa  
quam antea dabas Apologia & Excusatione, inexcusabilis  
es. In hac autem ultima Epistola tanquam, in compendio  
omnem lingvæ virulentæ acrimoniam contraxisti, us,  
quam turpi & injurioso calamo Tibi nemo par esse possit,  
luculentum specimen dares. Uti scriptio omnis omni ca-  
re ratione, & corum quæ dicere debebat nihil dicit; sic  
omnis fere linea convitis, fugillationibus, sarcasmis fe-  
tet, &, quæ ægre faciunt, abunde dicit. Judicet autem qui  
non mentem simul & pietatem decoxit, num hoc sit boni  
hominis, de quo publice scripsit Daus. Pufendorf., officium  
an vero illius, cui proprium est ægre & male facere, vitium.  
Certe hominem creavit Deus, ut cum ratione agere debe-  
at: is qui homini adversus est Satan, mendax & obrecta-  
tor ei fuit ab initio, adeoque Diaboli nomen obtinuit; ut  
quanto quisque hanc artem calleat magis, eo etiam magis  
eius sit spiritus, filius, agnoscit à piis & Christianè intelli-  
gentibus facile possit. Turpe esse scribis à partibus illorum  
stare qui ruditatem & malitiam suam impudenter aprican-  
sur. Bene. Sed nosti quam rudere sit illius, qui non nisi  
I. A. dicit, & quæ probari nequeunt temere & incogitate  
asserit. Intelligis quam malus sit non qui maledicentiam  
alterius patitur, sed qui malitiam, quam ostendere nullam  
potuit, alteri tribuit. Quis igitur, rem reputa Mi. Dnc. Pu-  
fendorfi, quis Te magis impudenter ruditatem & malitiam  
suam apricatur? Vigilem Sycophantias & maledicta, in impu-  
tro scripto passim spargere scribis: Videamus quis nostrum  
fecerit id potius. Sycophantias originem & incunabula  
nostri neque ignorare etiam poteris, quam hodie Syco-  
phantari si, Criminis, quod probari nequit, aliquem accu-  
sare. Legat autem & judicet quisquis legere & judicare  
potest,

potest, num ejusquam Te incusaverim, quod non ex ra-  
tione, ad eum quo id voluit Deus modum, probaverim,  
sic ut quod ad rem responderis, nihil prorsus inveneris;  
cum Tu quod Epistolæ lineas, tot ferè in me scriberes ca-  
lumnias, quarum nullam argumento, quod quidem ullius  
esset valoris, evicisti, neque, scio, evinces unquam. Ma-  
ledicta sunt, non quæ ex rationis consonantia, sed quæ ex  
affectionum imperu proveniunt: quam autem ego rationi-  
bus egerim, Tu ex libidine, ut animo vel furori potius mos-  
geratur, id ex ipsis, quæ publicè prostant scriptis, legatur,  
dijudicetur, sed ab eo qui affectionum partiumque studia se-  
posuit. *Impura* denique charta sunt non quas ratio pinxit,  
sed quas Dea Calumnia conspurcavit; & nosti quam in  
priori mea disquisitione ostenderim, non satis curatè ad  
Christianam puritatem Tibi scripta esse omnia sed *quædam*  
*sapere illam è regnâlias* quam minus convenire Christianâ  
dismonuit Gentium Apostolus Eph. 5. v. 4. Ad quæ cum  
raceris consentire jam videris. Cujus igitur scriptum  
*impurum sit*, cuius scripti axior fycophantias & maledicta  
passim spargat, penes æqvum lectorum æqvum esto ju-  
dicium.

Sed agito, ut hæc aperta magis fiant & conspicuas, ita  
rem præsentem eatus & illam quæ nobis intercedit cau-  
sam in argumentum, quam quisque aut verè aut Syco-  
phantice, bene vel male, sancte aut impure scriperit, ad  
eas leges, quæ indagandæ veritati Deus, qui veritas est ho-  
minum cordibus sculpsit, dispiciamus. Tu Deus *judice*  
*me & discerne causam meam ab homine non aequo!* Scriptum  
meum nihil temere affirmabat, sed quacunque imputa-  
bat Dno. Pufendorfio ~~ad~~ *prætermissa*, fundamentis sufful-  
ciebat & argumentis evincebat. Quod si igitur heic bo-  
nus interpres & Disputator non malitiosus sophista & ca-

luminator esse voluisses, oportebat eo ordine quo struxerant argumenta dissolvere & destruere: Id si ad illum, quo homines doctos decet, modum legesque effectum fuisset, jam causæ satis haberet cur mihi dicam scriberes. Ac enim in alia omnia ire potius & magno molimine magnas non nugas, sed calumnias agere voluisti, ut ea ratione veritati officias faceres. Hinc μηδὲ tuum βέλον sed μέρα-  
xaxὲ nihil aliud quam plaustrum criminacionum legenti-  
bus exhibet, & ut cum Scaligero loquar, *farraginem contu-*  
*meliarum quarum etiam vilissimas meretrices puderet.* Qui  
cum pietate examinaret, non hominis, qui ratione agit,  
sed aut simii, qui risum movet, aut canis qui latrat & rodit,  
illud opus esse diceret. Institutum mihi erat in vindicatio-  
nem honesti nominis, & cautionem pro incertis, non diecere  
tantum, sed, quod etiam inscriptio habet, demonstrare  
Dni. Sem. Pufendorfi *Juris naturæ Doctoris contra ius na-*  
*rainiquitatem, illiusque in eius scrutinio infelicitatem.* Ad  
has igitur meas apodeixes respondere debebas Mi Dne.  
Pufendorfi, non alias harum loco larvas substituere, qui  
buscum decertare, de quibus triumphare facilius posses.  
At enim sic prorsus animum Tibi ira vel furor potius im-  
pediret, ut ne scriptiōnem, quæ satis perspicua erat, capere  
& intelligere potueris. Rem quam ego mihi agendum  
sum seroram, in duas ipse dispescueram partes; prior *iniqui-*  
*tatem posterior infelicitatem* tuam arguere debebat. Et  
ecce Tu Tibi sub initium Entia, ut eo gloriōsius vincas,  
multiplicare voluisti, & *Afinis Tenebriōnis Tui Defensionem,*  
quam nec animo habui unquam, superaddere. A primo  
autem primum capiemus exemplum, ut perspicuum fiat  
quam rationem & argumentum malè sequatur, is qui non  
aliter nisi ad argumentum respondere debebat. Ut iniqui-  
tatis in *jus naturæ Juris Naturalis Doctorem* convincerem,

non

non nisi quam ab ipso cum multis aliis, fidelibus præser-  
tim Dei ministris patiebar injuriam pro ratione & Medio,  
quem scholæ vocant, Termino, adhibui: Hinc verba mea  
satis perspicua p. 9. *Injuriam Tu primam insulisti adeoque*  
*contra ius natura quod scrutaris, quod doces, quod profiteris,*  
*iniquum in me fuisti nimium.* *Contra ius natura iniquum in*  
*me fuisti, quando calumniarum & mendacii reum me publicè*  
*egisti, cum tamen calumniarum & mendacii neque conviceris*  
*neque convincere in aeternum, quod bene scio, poteris.* *Contra*  
*ius natura iniquum in me fuisti, quando blanditias viperino*  
*felle adspersas tribuis, palpumque obrudere voluisse signifi-*  
*cas, ut eo acrius mordere possim. Certe quam Tibi felle sit ple-*  
*nus animus ex hac scriptione tua abunde constat;* Undenam  
autem Tu, novus Deus, quid in me abditi peccatoris, nosci? ut di-  
versam mibi ab ea quam scripsieram mentem scire posueris.  
Christianus amor suspicax non est, ut in pejorem ita partem  
quidquam interpretetur: Et, si forte in Te non tangit, ille ca-  
men qui ex naturali Tuo jure rectaque rationis dictamine  
profuit magis candidus esse debebat, quam ut de Viro bono tam  
male præsumeret &c. In naturali Demonstrationis forma  
argumentum taliter forte fluere:

*Quicunque injuriam alteri & quidem fædam & atro-*  
*cem infert, in contra ius natura inique agit. At qui Dominus*  
*Sam. Puff. &c. Ergo. Majorem non spero negare voles, &*  
*si velles veritatem tamen illius discere vel ex iis poteras*  
*qua ex Gvilielmo Gratio de Princip. Jur. natur. c. 14. §. 13.*  
*Præscripsoram. Facile apparet quantumque in legi natura-*  
*lis præcepit impingant qui alterius aut dignitatem minuunt*  
*aut bonam famam maculant. Quid enim magis charitati,*  
*quam homo homini debet, conterarium est, quam ut quicunque*  
*honori detraheret aut probrum aliquod ei maligne afficeret,*  
*quod nemo bonus unquam sine summa animi commotione sibi*  
*fieri pariatur.*

Minor

**Minor autem sic probata fuit.**

**Quicunque honesto viro sedum mendacii & calumniam  
tum crimen imputat blanditiis que viperino felle adspersas  
tribuit, quibus ut eo acrie morderet, palpum obtrudere vo-  
luit &c. idque prius, quam de criminibus his aperte constat, in  
injuriam & quidem fadam & atrocem infert alteri.**

**Atq Dnus. Sam. Pufendorfius mihi Viro honesto sedum  
mendacii & calumniarum crimen imputat, blanditiis q. vipe-  
rino felle adspersas tribuit &c. Ergo.**

Ad taliter positarum propositionum alterutram re-  
spondere debuisses, siquidem iniquitatem contra jus na-  
turæ admissam excutere legitime voluisses, & ecce! Medi-  
um Terminum alium substituis, cumque prior Tibi insu-  
perabilis videretur hostis, clumbem alium elegisti, uti sub  
spe facilioris victoriae congregedereris. **Ex tribus illis que**  
**mihi agenda sumpserim unum hoc esse ait, ut iniquitatis in**  
**jus natura Pufendorfium arguam (attende quæso sophistæ)**  
**Quod Retorsionem ipsi impegerim, ob attributum Fratri suo**  
**aut sibi sinceri VVarenbergii Dialogum. Quasi vero, mi**  
**Pne. Pufendorfi, præter Te, qui post nonaginta novem**  
**commentarios in juris Justinianæ Institutiones centesi-  
mu[m] scribere dignaris, nemo alias sciret, quod in vul-  
gus notum est, Retorsionum esse juris. Certe qui-cunque**  
**vel legere & intelligere latine poterit, ex hoc meo scripto**  
**legere poterit & intelligere, quam non ex Medio termino,**  
**Quod retorsionem impegeris, sed quod injuria feceris**  
**Te juris naturalis Doctorem iniquitatis contra jus naturæ**  
**arguerim. Ad hunc igitur meum Syllogismum, non quem**  
**cum ratione agere voluisses. Et expende quæso, Vir etu-  
ditissime, illam enim eruditio[n]is Virtutem etiam in Te,**  
**magnu[m] mibi hoste, nunquam non laudavero; expende**  
**quam**

quam mendacium sibi prorsus constare nequeat! In prima mihi scriptione calumniam imputabas, quod indifferatione super Polygamia, sincero VVarenbergio opposita NB. aperte arguerim sub isto VVarenberbergio Samuelem Pufendorfum latitare. Id cum falsum esse liquidò ostenditem, en diversa jam causa est, & Dnus. Sam. Pufendorfius, qui tam atrociter in me injurius est, super injuria sibi illata queritur, NB. quod dialogum de Divortio attribuerim Fratris suo, aut sibi. Quælo Te, mi Dne. Sam. Pufendorfi, recollige mentem, quam ira in transversum egit, & expende, quomodo prior cum posteriore, aut hæc cum illa stare possit accusatio? Si, quod notandum, aperte argui Te Dnum. Samuelem Pufendorfum latitare sub isto VVarenbergio, quomodo in certum esse poterat, num Dno. Fratrl. Tuo; aut Tibi attribuerim? & si id quod in posteriore scribis, incertum est, Dno. Fratri an vero Tibi attribuerim, qui jam diu arguere potui & aperte quidem, quod Tu sub illo VVarenbergio latites? Sic scilicet ut est apud Phædrum & Aesopum, cum supra agnum in ripa fluminis stares lupus velletq; se devorasset illum, hoc jure fecisse, videris, cur tu, inquit, torvo vulnu & minacibus verbis sceleris puras undas inquinas ut ad me & fluant turbida? cui agnum timens & trepidus, Egone, qui infra esisti & à quo ad me illa defervatur? At enim maledicū, inquit Iwpus, nec recordare quam pñnam ob perculans iam lingua pater tuus persolverit ante menses septem. Non ego sum, inquit agnus, procreatur fui, scin vero, lupus inquit, quam vastum reliquerū nuper campum herbis nudatum? Nunquam hoc inquit agnus factum repieres, neque ego cum dentibus caream, facere potu. Tandem lupas, Tu quidem, inquit, satis dicatus es & disertus, ego ramen lanceanare descevi, atque ita correpsum agnum devoravīt: Sed transcant hæc cum cæteris. Retorsionem te mihi impe-

C

gisse

gisse dicas, quando calumniarem & fecerim mendacii crimem  
impusas, quando blanditas viperino felle aspersas tribuis,  
per quas palpum obstrudere voluerim, ut eo acrius mordeam.  
Numquid autem negare poteris, Retorsionem præsupponere  
injuriam, quæ rectorqueri debeat, quodque adeo de  
injuria prius illata aperte constare necessum sit, antequam  
legitima dari Retorsio potuerit. Prius igitur in illa, de Po-  
lygamia divinitus vetitâ scriptione, injuriam ostendere de-  
buisse, & quæ illam contineant verba indicare. Prima quæ  
me injuriarum postulabas accusatio erat; quod in differe-  
tione super Polygamia aperte arguerim sub VVarenbergio  
Te Dnum. Samuelem Pufendorfiam latitare; Posterior, Fra-  
tri Tuo aut Tibi attributum ( a me ) esse de divorce Dialogum.  
Elige quamcunque volueris, credo, si non agista illa  
noveam, qui in institutiones Juris Justinianei scripsierunt com-  
mentarios, de jure respondere deberent, vix unum fore  
qui affirmet in judicio bene constituto, injuriarum inde  
scum agi me posse. At enim dicat, atrocem quælibet inju-  
riam, ita ut Retorsionem ex jure non admittat tantum sed  
& poscas; numquid non ostendi & legi debet prius illa ac-  
cusatio? Quapropter producat, si bonus est Dnus. Sam. Pu-  
fendorfius, & recitet nobis illa verba, quæ vel zæc. tò pñrò  
vel per se qui pollutam, vel per consequentiam planam,  
facilem & apodicticam, illud quod vult arguant; causa  
nihil dico quin injuriarum condamnes; Quemvis iam  
Deum xaphio yñqñm toties testatus sum, ab omni injuriandi  
animo me procul fuisse, ubi de Polygamia disquisitionem  
scripsi. Observa autem Lector quisquis æqvus es & intel-  
ligens, quæm porro iniquum à me postulet in famoso hoc  
Iniquitatis libello: si quid efficerem, inquit, volebat Vigil,  
probandum erat, vel plane id scripti à se nobis non fuisse scri-  
busum, vel verèributum. Horum cum genitrum prestatu pos-  
sum,

*fie, nugas tamen agere non vult quam debetum agnoscere &c.*  
Numquid credi potuisset, hominem, cuius superciliosus  
mores cujuscunque generis literati, non nisi fungi sunt de  
hominum mendicabula, sic penitus omninatione excidi-  
sc, at quem ipsa natura fert ordinem turbaret, quin ever-  
teret. Accusaverat ille me acsi NB. aperse arguerim Dnum.  
Sam. Pufendorfium latitare sub Sincero VVarenbergio, ad-  
rog. mensurae fuerim simul & calumniam in Sycophantia  
prima; & in posteriori, neque enim sibi constat mendaci-  
um, quod Dno. Fratri suo aut sibi attribuerim Sinceri VVarenbergii de Divortio Dialogum. Ego id me fecisse nego &  
ille, ut me non fecisse probem, suo se jure postulare videri  
vult. Ad eundem pariter modum ac si quis Dnum. Sam.  
Pufendorfium adulterum fuisse, aut aliud flagitium admi-  
ssisse dicat, & quam bene & constanter etiam illud neget  
Dnus. Sam. Pufendorfius, attamen quod non fecerit pro-  
bari sibi ab ipso postulet. Sed neque hic substituit iniurias  
dicata an impudentia, eo processit, ut communis etiam  
sensu destitui velit cum, qui iniuriam ius & aequalitatem esse  
credere nolit. Etenim sic tandem scribere non erubescit?  
*Quis credas sensum communem illi homini inesse, qui me ja-  
bes illam calumniam illudq. mendacium ea quā par est evi-  
denter probare. Apparet Gardolegia incognitum esse quoddam  
actori incumbat probatio &c. In quibus quidem verbis ad-  
ducendis, num malam Pufendorfii fidem, an verō sum-  
matum iniuriam primo loco accusare debeam, incertum  
est. Sic habent verba: aut illam mihi calumniam illudq.  
mendacium quod imputasti, ea qua id opus est evidentia pro-  
ba, aut publice deglutiendum recipe &c. Ille ut veritati su-  
cuerit & mihi argre faceret, detruncatis quā sibi nocere, mal-  
hi prodesse poterant, mutilatē quā affruecam adducit,  
num Itala, Graeca aut Germana fide id fecerit, judicet qui*

Germanus est & fide Germana agere amat. Neque hæc  
falacia Dno. Pufendorfio semel fuit usurpata, cum non  
longè post hæc mea verba; cum ex publica fama Pufendor-  
fiorum nomen menti obversaretur, quod quidem longe reveren-  
tius haberem quam ut illud ultra in re offendere vellem &c. In  
hæc inverterit: in scriptione ex publica fama Pufendorfio-  
rum nomen menti obversasse, tantum ut illud suum (quæ est  
ipsius Latinitas) addere, & fugillandi occasionem habere  
posset. Sed hæc ad literarum & Syllabarum aucupia per-  
tinent, in quo occupari nuquam mihi volupe fuit. Quod  
si autem obversas menti in Latinitate non legerit Dnus.  
Sam. Pufendorfius, cogitat, quantum illud sit quod ignora-  
mus. Graviora sunt quæ restant neque in vitilio nos de-  
tinebimus. Nunquid enim dubitari possit, annon sensu  
communi destituatur, si quis sensum communem credere no-  
lit inesse ei, qui quod imputat crimen alius, ea qua id  
par est evidenter probari postuleat. Ipse dulcissimus homi-  
num Salvator, cum peccata objectarent criminatores, quis  
cum de peccato convincere (ἐλέγχειν) posset, quarebat, adeo-  
que ut quod imputarent peccatum ostendere jubebat. Job.  
VIII. v. 46. Quin ubi ob id, quod in summum sacerdotem  
dixerat vapularet, si male, inquietabat, locutus sum, quam  
id malum sit ostende; si bene, cur verberari? Job. XVII. v. 23. Et  
Tu de sensu communi dubitabis illius, qui imputatum sibi  
sedum mendacii & calumniarum crimen, ea qua id par est  
evidenter probari postulat. Quid autem de Te fieri Dne.  
Pufendorfi, si quis, quæ vel animo non habuisti, sceleris &  
flagitia imputet, neque ipse in eo, quod fecisse neges, satis  
habens, probationem insuper à Te, quod non feceris, po-  
secat; nunquid Tu hanc negationis Tuæ probationem in  
Te recipies & non potius, ut qui imputaverat probet, jube-  
bis? Non poteris certe aliter. Quid si autem Tuus ille ob-  
iecta-

trectator & Sycophanta ad morem tuum sensum Tibi com-  
munem inesse apud alios in dubium vocare vellet ; num-  
quid non illum sensu communi carcere audacter & vere di-  
ceres ? Reputa nunc , quām te ab omni mente & ratione  
in transversum egerit obtrectandi cacoethes ! Quod si e-  
go maledictis maledicta rependere velim , eheu ! quam  
ampla mihi daretur materia , quam spatosus patesceret  
campus ! sed nolim esse in scabie pediculus . Tantum  
quod rei caput est & negotii cardo id repetam denuo ; ut  
quod ex meo de Polygamia scripto imputare voluisti so-  
dum mendacii & calumniarum crimen , id exinde , ea quā  
par est evidētia probes , & ubi mentitus fuerim , ubi calu-  
mniatus aperte ostendas , aut vero quām , injuriam proxi-  
mo inferendo , contra jus naturæ egeris debite , agnoscas .  
Frūstra enim sunt , quæcunque Tibi de Retorsione dicun-  
tur , nisi acceptam à me injuriam , quam retorquere volue-  
ris , liquidò ostenderis & indicaveris ; cum quod ejacula-  
tum non est telum , repercuti & retorqueri prorsus neque-  
at ; id quod qui communi sensu non destituitur negare  
non præsumperit . Quod fama Te autorem disseminaveris  
illius de Polygamia Dialogi , idque ex sermone Viri non ob-  
scura fama & infimi subsellii , tuamet confessio compro-  
bavit . Quanta huic famæ fides tribui de jure possit , etiam  
illi , quorum scientia deliciatulo Tuο Monzambano febrī-  
cu sola est , docere poterunt . Ego hac me fama per Germa-  
niā publicā , quæ cō major erat & credibilior , quo à ma-  
gna dignationis Viro disseminata erat , non differeor impul-  
sum fuisse , ut quod in disputationibus Christianis christia-  
na mansuetudo & lenitas poscebat , eo cautius observarem ,  
ideoque Sincerum à Warenberg , quisquis demum ille  
esset , honeste haberem & reverenter ; eum si hominem

modestè nihili cantasset, aliter quoq; stylus temperari debuisset. Et quam hoc mihi vitio verti posset non video.

Quod autem illis, non susurrus, ut nunc emollis verba, sed constans & publica fama ut prior haberet confessio, ego fidem adhibuerim, ut Te sub illo VVaremburgii nomine laetare, aperte arguerim; id est quod Tu dicas, & de more tuo non probas, Mi Dne. Pufendorfi. Hoc unum tam ego certe scio, quam meos me habere oculos, quod minus etiam quam ad publicam illam & constantem famam jure potuisse & crediderim & dixerim. Bene enim sperare, emnia in meliorem partem interpretari, sic tibi per Dei gratiam in more positum fuit, ut in illo me nictium putaverint esse amici, qui intimius norunt. Unde profiteri potui ea quæ scriptionis prioris pag. 5. habentur: *Me non sic in diversum rapuisse aliquod partium studium, ut non christianè & in meliorem partem præsumerem, adeoque bene sperarem de Viro, qui non aliter mihi quem ab eruditione insigni meus faciem & mores incognitum prorsus fuerat.* Interca aliquis etiam aline mihi nominabatur Elias Pufendorfius, & hunc quidem non in Svecia vivere dicebant tantum, sed & in Regia Holmensi aula à secretis scriptionibus esse, illiusque opinioni, qua super Polygamia simultanea tot pias animas turbaret & angeret. Ego in publica hac famâ sicuti Christianum decet me, quod bene scio, gesti neque ultra quam id permiscebatur Christiana præsumptio quidquam super hac re frons scripsi; meo me putans fas necesse officio, si illo, quo se nominare ipse voluerat, nomine compellarem. Tantum id mihi datum cogitabam præcipue negoti, ne in argumentorum pondere manuverendum humanam & lenitatem Christianam ubique adhiberem, præferim cum ex publica fama Pufendorfianorum nomen meum in hac se scriptione obversarem, quod quidem reverensiu longe habebam, quam ut illa jure offen-

offendere velle. In religiosissima Svecia novum hunc Polygamia assertorem magno munere fungi audiebam, adeoque pro Christianis fuisse illius Regis Regnique pietate ex fratribus Christianis hoc, usus maxime nocivo errore pravensum snifice parabam, qui in viam reducendum esset quidem, sed summa cum mansuetudine ab iis qui spiritualiter sunt animatis. Prorsim autem ab eo quem communis fama cantabat Pufendorfus qui forte auctor esset omnia ex humanitate & ratione mihi pollicebar, neque fieri posse crediebam, ut quis recta ratione dictamina sua diligenter scrutaretur aliter quam ex ratione ageres, aut que communis hominum iure florem svecicam genti imbuere velles temere contra humanitatem leges prvari careret. Et credito mi Dne. Pufendorfi, me eccliam suitorum timere potuisse potius, quam ut ab illa super Polygamia scriptione iram tuam aut ad versi quidquam mihi metuerim, adeoque Davidicum illud ludica me Deus & discerne causam ingeminare!

Pergo ad id quod secundo loco non a me sed a Dno. Pufendorfio positum est comma, ut quam & hic frustra fuerit & απόστολος, luculenter appareat. Alteram partem scripti, inquit, *Defensio Afinis Tenebrionis occupas*. Falleris, mi Dne. Pufendorfi, falleris & fallis. Non sic mihi familiaris is qui Tibi in ore creber fuit, ex arcadico pecore Afnius, ut aliquam ipsius Defensionem suscipere vel in animo habuerim. Sint hec illi qui crebro usurpare amat gratia amoris nomina; mea mihi farinula talium opera numquam pinstitur.

Neque etiam, quod tuum est convitum, sic ego unquam rerum novarum prurigine laboravi ut cui debes orbi vel genitum vel regentum indicem errorum Pufendorfanorum, sollicite inquietarem. Onus. D. Beccmannus non diu etiam de nomine, de munere nuper ex famosis hisce suis

tuis literis innotuit. Non permittit tamen Christianus amor, ut contemptim sentiam de Viro quem Regia Majestas Svecica tanto munere dignata est, & cui non nisi post exploratam juris scientiam publici Doctoris insignia & titulos contulit amplissima Jurisconsultorum Facultas. Uter vestrum majorem in excubendis libris solertia ostenderit ego disquisivi nunquam. De scriptis Dni. Beccomanni non meminime legi ste quicquam. De Tuis, mihi Dne. Pufendorfi memoriae recurrit id quod in Parnasso relatum volebat Sarcmasius judicium; ac si Elementa juris quibus tuum nomen prescripsisti alium parentem aliam obstericem haberint atque putant vulgo. Neque exciderat quod de eo qui Tibi in delitiis habetur Monzambano notaverat pacificus à Lapide: si vestem quam è Conringiano iuris publici Cornucopia libello suo adaptavit, Domino Conringio Helmstadium remittere debet, fore ut cum factu ingenii sui staret sic satius nudus. Sed talium judicium ego mihi numquam sumsi, neque indecenti rerum noverum prurigine laboravi. Quod si igitur ad morem tuum loqui humanitatis esset aut eruditionis, nihil impediret, quin & ego scriberem; Horribile esse mendacium, quod Afinis alicuius clienti Patronus esse voluerim, illiusque defensio scriptorice mea alteram partem occupet. Certe tam bella nomina ortu magis grata videntur, quam ut ab alio hanc benevolentiam exspectare debeant. Sed ad rem, à qua fere medivum fecisset improba Tua dicacitas. Ut iniquitatis ius Naturae non postulem tantum, sed & debite arguam, & convincam, placuit ostendere, quam non in me injurius fueris tantum; sed quam nec illis satis æquus, qui Dei nomine legatione funguntur in illa etiam ecclesia, in qua salvari debebas, quamque illos, ob praestitum Deo fidelitatis in monendo officium contemtim & duriter habueris.

Hinc

Hinc ubi in Demonstratione iniuritatis Pufendorfianæ  
adhuc occupor, ita rem instituti mei persequor: At enim  
cur peregrino parceret, insontemque famam ejus qui procul  
est imputatus male criminibus non sollicitaret, qui loci illius  
in quo degebat pastores, Ecclesia in qua salvare debebat Mi-  
nistrorum & Theologos sic penitus omni injuriarum genere tam  
duriter agitat, cruciat &c. Nisi hic in sterquilino scarabæ-  
us esse voluisses, Mi Dne. Pufendorfi, sed ut homines decet  
ex ratione agere, argumenti vim & structuram cerneret  
perquam facile potuisses; cum collectio in Formâ taliter  
vel sponte sua effluat: Qui verbi divini ministris, illius e-  
stiam in qua salvare debet ecclesia, tam petulantiter insultat,  
tantum quod pri monuerint, & ne quod per opinionem novi  
zates ecclesia damnum patiatur, ex officio ratione adhuc statim  
sunt, ut injuriam inferris, quos propter divinam, quod ge-  
runt, officium evehementius amare debebat adeoque in le-  
gem natura iniquus est. Atqui Dnu. Sam. Pufendorfius. Er-  
go &c. Hic iam, ut tantum literarum Heroem id decebar,  
ad Syllogismum respondere debebas, & quid falsitatis vel  
Major vel Minor implicaret, liquido ostenderes; non nugis  
& calumnias, quæ etiam leviculis merecricibus indecora  
sunt nomina, rem tuam agere. Et majorem quidem re-  
gare non facile audebis, neque inficias ire, quod, qui bene  
de se metentes ex illo quo bene merentur officio, injuriā  
afficit in legem naturæ iniquus sit. Et si quid haberes,  
quod ad illius propositionis negationem facere potuisses  
cur non in illa tua Epistola id ordine & debite monuisti, ut  
attendi potuerit. Minorem autem, nunquid non ipsa  
tua *avā πολογράφη* apologia & inexcusabilis excusatio pa-  
lam dare poterit? Negabis contemptum & injuriosæ habi-  
tos esse eos, quos Deus in ecclesia & quidem Scaniz, quin  
& Sveciz vestræ constituit, Pastores, ad pascendum gregem

D

(cujus

(cujus Tu ovis esse debebas) & quem suo sanguine Chri-  
stus redemit, idque ex illa ratione, quod super periculis  
novitatibus libritui, alias sic satis docti & egregii, debite  
& pro ratione officii monerent? Eja rem ipsam, quæ inter  
Te & eos qui in Scania sunt Theologos intercessit, dispicia-  
mus, ad eam narrationem quam tute, sine dubio partis tuæ  
studiosissimus, dare voluisti. Legerant dilecti hi Dei servi,  
quibus divinitus jussum est provide in hac Domo Dei, quæ  
est Ecclesia versari, legerant, inquam, hi Monzambano  
delicatulum tuum cuius Te autorem publica fama ferebat,  
id quod publicæ fassus negare jam quam maxime volue-  
ris, nunquam tamen poteris; legerant & observârant  
quam hic publicâ famâ Tibi imputatus liber prater consu-  
meliosum stylum in quosvis Germaniæ cives novitatum  
monstrorum & politica heresos fuerit notatus; sic ut Pa-  
cificus à Lapide palam scribere veritus non sit: Consulerem  
autori (Monzambano) ut ad anticyras nавиге ibidemque I-  
talum caput suum ellaboro purget, quod alias multa monstra  
politica ac turbas paret p.347.

Et cum experiundo jam toties compertum sit, quam  
novatürientia ingenia recipublicæ, & quæ in republica ho-  
spitatur, ecclesiæ, nocuerint, næ, illa de te per Monzamba-  
no publicâ, quam fassus es, fama vel sola ab omni teme-  
ritate & πολυτελεγμοσύνῃ excusabit Theologos, quando ad  
ea, quæ publice publicus juris naturæ Professor scriberes,  
attenderent, adeoque academiæ simul & ecclesiæ cave-  
rent; præsertim cum illa quam profitebaris disciplina,  
morum & juris naturalis cum Decalogo Dei T. O. M. &  
eum tota Theologia morali in tam arctam societatem  
coëat. Quemadmodum igitur nihil præter officium fece-  
runt aut foederati Belgii, aut Helvetiæ Antistites quando  
Cartesianis; nihil magnæ Britanniæ Theologi quando  
Hobbe-

Hobbesianis novitatibus voce se & scriptis opposuerunt,  
quicquid etiam dicat Dnus. Sam. Pufendorfius de persecu-  
tione Philosophia Cartesiana & sacerdotibus qui illam è scholis  
exturbarunt, & adeo, quæ vocis est significatio, per vim &  
motum ejicerunt; id quod non potuit non in gravissimam  
Helvetiorum injuriam dici, ne force quisquam talium im-  
munitatem sperare sibi à Te habeat: Ad eundem paniter  
modum non nisi debite actum fuit ab aulicis, quos pro-  
pterea notas sacerdotibus, si qui monuerunt, ne per tuam  
educationem Magnatum procerumque suorum Filii ve-  
nenatis novaturientis cerebelli dogmatibus in futurum  
reipublicæ & ecclesiæ nocumentum imbuerentur; Non  
nisi debite actum fuit ab iis in Scania Theologis, qui vigi-  
larunt, ne per id genus Zizaniorum prohibitis & pietatis  
sementem impedit inimicus hominum Diabolus: Non  
denique aliter quam oportebat actitatum fuit ab his, qui in  
Patria Tua ecclesiis & academiis Saxoniciis præsunt quan-  
do, quod imminebat malum à Philosophematis novarum  
inventionum tuarum indicarunt, adeoq; publicam illam  
& salutarem Censuram svaserunt. Quod enim malæ Tuæ  
causæ sperabas patrocinium ex distinctione, inter novita-  
tes Philosophia & Theologia, rationis & fidei, illud jam in ea,  
qua iniquitatem Tuam ostendi, scritptione enervatum est  
neque Tu quod huic serio opponeres habuisti. Demon-  
stratio veritatis, sive ex ratione sive revelatione, ut olim  
sic & nunc suam meretur laudem; neq; tamen ex illa Tua  
eruditione Deus nobis eris, ut Tibi dicenti, si homines esse  
voluerimus, veritates credere illico debeamus. Id quod  
jamdum semel dixi, subspe & schemate veritatum nova-  
rum, novæ sapientiae falsitates apprehenduntur & venditan-  
tur, cum periculo nocendi interdum remotiori, interdum  
præsentissimo conjunctæ. Tu illas tuas quas cibuccinas

novitates veritatis simul esse ostende, idq; ad eum quo id  
Deus voluit modum, id est solidè, evidenter & apodictice,  
quoq; quidem hactenus in scriptis tuis & prudentiores po-  
litici, & acutiores Philosophi, & pii Theologi desiderarunt.  
Natura hominum novitatis est avida; aviditatem autem  
illam & pietas & ratio moderari deber, neque temere pro  
vero habendum quod falsum esse omnis retro judicavit  
antiquitas. Non quidquid est in *veritatis possessione*, ut  
Icti loqvuntur, veritas est; neque tamen id antiquis suis  
sedibus facile pellendum, ut in locum ejus fallaci glauco-  
mate substituatur, quidquid noviter sub veri nomine &  
schemate divenditum fuit. *Qui de mixtis rebus publicis do-*  
*cuerunt garrire, & qualemcumq; mixturam non nisi mon-*  
*strum civitatis producere; nova erat opinio Monzambani*  
ante annos non bene multos; forte non tantum contrà  
præstantiores Politicos, sed ipsam rei experientiam, opti-  
mam omnium magistrorum. Nunquid autem ex ratione &  
salute publicâ fuerit, si veterem hanc & radicatam in ipsa  
experientia opinionem de mixtione Rerum publicarum an-  
tiquâ sede & possessione sua movebimus, & in illius lo-  
cum monstram de monstris Rebus publicis novitatem sub-  
stituemus. utur ex Politicis non minoris forte & eruditio-  
ni & famâ fuerit, qui insolitam hanc rem insolito nomi-  
no *hæreses politica postulare non dubitaverit vid. Pacif.* &  
*Lap. Struc.* & not. p.391. Sed quid prolixis illis nugis, ne-  
quid dicas gravius, prolixus esse sustineo. Manet, quod  
quamdiu ev. cta veritates non fuerint, novitates ille tuz,  
observati mereantur, ab illis præsertim qui in specula sunt  
constituti, ut quid ecclesiæ aut reipublicæ individuis illis  
in maior scolis, detrimentum afferre possit, v. gili semper  
oculo intueantur: sic, ut in v. tio poni non debeat, sive in-  
Scania fuerint, sive in Svecia, v. c. ubique tandem ma-

Ium inde timeri poterat, qui mali huic, vel mali tantum  
periculo, obviam ire voluerunt. Igitur qui in tali tua  
fama, talique rerum tuarum statu, de libris tuis per typos  
publicè divulgandis providè monuerunt, unde male au-  
dirent vel paterentur, mali nihil patrarentur; quamvis hu-  
manæ illorum actiones humanorum errorum rubigine  
tangi & tentari facile potuerint; nec enim homani quid-  
quam alienum à se putabant, optumi hi homines. Quod  
autem sic grande mali nomen est, quo Tu, mi. Dne. Pu-  
fendorfi, hoc eorum officium non traduxeris? Quidquid  
in hoc studii positum fuit, infamis Tibi fraus est, sunt fa-  
da calumniandi artes apol. p. 75. Insultus quos Diabolus molt-  
riji pios solet p. 80. Improborum malevolorum calamnia ibi  
Et quid opus est verbis ubi rerum testimonia abuside & af-  
fatum adsunt & legat quisquis legere latine & intelligere  
poterit quæ apologetæ tuæ arapologetæ tñs à p. 70. usque ad  
hunc vel toto potius hoc famoso opere, furor dicam am-  
pæceps iræ incogitantia! scripsit; non spero amplius du-  
bium erit, quod non contemptum tantum, sed & injuriose  
habueris eos etiam Dei servos & munieos, qui de Teu ani-  
ma in ultimo illo severioris judicidie, Deo, cui abditum  
est nihil, rationem reddere debebunt. Ex iugiter & firmo  
talo stat illud meum argumentum, quo tuam Mi. Dne. Pu-  
fendorfi juris naturalis Doctoris & Professoris in ipsun-  
ius naturæ iniquitatem arguebam.

Quicunq; in eos, quos ob exercitum amoris divini officium  
amare quam maximè debebat, amarulentia, sarcasmis & con-  
viciis quam maxime potest, maxime vexat; ut contra jus  
naturæ inique agat.

Atque Dominus san Pufen. Ergo.

Nostri mi. Dne Pufendorfi, canum esse rodere & sugillare,  
leonum fortium confingere & communuere. Non igitur

quæ sic serio & firmiter dicta à me fuerant & asserta, tu vel  
sugillare vel rodere debebas, sed vim & robur argumenti  
frangere. Proinde quod Tu juris naturalis inclutus Do-  
ctor & Professor, in publicis Disputationibus illos, qui The-  
sisbus Tuis opponunt jubere soles, id ego à Te in hac ve-  
ritatis palestra, ea qua id opus est reverentia & humanitate,  
peto: *Responde ad Syllogismum*: Secus quamdiu feceris,  
quantumq; egeris, nil nisi magno molimine magnas nu-  
gas egeris, ex quibus causæ tuæ malitiam, ii qui mali non  
sunt, intelligere eo rectius poterunt, sed jam tua juris Na-  
turalis Professoris & Doctoris in jus naturæ iniquitas evi-  
cta satis & demonstrata est, argumentis, quæ apud corda-  
tos quoque & intelligentes non possunt non tam diu va-  
lere, donec invalida quod sint rite à Te ostensum fuerit.  
Credito enim, M: Dne. Pufendorfi, etiam Gardelegiæ ha-  
bitare, qui quomodo in disputationibus res agi débeat non  
ignorant, & quibus risum debes, si quod onus probandi  
Tibi auctori convenit, in alios transferre volueris, aut de-  
clinare quo minus imputati criminis evictionem, quam sa-  
na Tibi ratio apponit suscipere velis. Pergemus ad alia.  
Quando illam tuam in jus naturæ iniquitatem sic probâ-  
ram, ut Tu ad illam vim argumentorum præter calumni-  
as dicere nihil habueris, jam alteram partem occupat, non  
aliqua Asinii alicujus Tenebrionis defensio; sed infelici-  
tatis Tuæ in scrutinio juris naturæ ostensio. Primum mihi  
ab impietate tua argumentum erat, & quod credere non  
possem, Deum in tanti momenti negotio æqvum fore &  
benignum, qui sic se bonis & innocentibus durum & ini-  
qvum exhibet. Neque tamen hic substitut oratio; in rem  
ipsam ivi, & quam, quod dicitur, in ipso limine aberrave-  
ris neque illum, quem ratio imperat dum secutus fu-  
cis, ostendi; quando non in ea, quæ hominis essentiam  
consti-

constituit, Rationalitate, sed quæ eam consequitur, Socialitate, illud quo cum Deus hominem considerat, ius quæsivisti. Tu neque, quam in hominis Essentiali, quod dicitur, Constitutivo, querendum non sit, neque quod Socialitas Rationem hominis constitutat, contrà asseruisti; adeoque rāntus Disputator academicus novo modo, non ad Præmissas sed ad Conclusionem respondit! Et vide quam hic instar angvillæ lubricus esse velis, ut, ne tenearis, elabi possis. Controversia erat non de primaria quadam in disciplina juris naturalis propositione, quæ inibi principia & primum locum obtineret, sub qua aliæ quædam propositiones facile possint subsumi & in eandem resolvi. Neq; enim id dubium habet, quod ius naturæ etiam circa socialitatem, cui aptus natus est homo, versetur, quodque a deo leges de conservanda hominum societate naturales sint, & partem non minimam illius juris occupent. De fundamento adæquato, quod vocant, juris naturæ sermo erat, id quod cum negare aperte non ausis, ut dubium habeas Lectorem, ne forte ipsi mala causa pelluceat, Te per fundamentum intelligere, ait, primariam (an ultima omnium sit nec ne incertum est) propositionem in juris naturalis disciplina (num illa ad partem aliquam vel totam pertineat & que incertum) sub qua cetera Propositiones (an omnes, an plures, an pauciores, non constat) facile subsumi & in quam resolvi possunt. Eo sensu quo in sacris literis dilectio summa legis dicitur. Jam quamcunque Te in partem verses, Mi Dne. Pufendorfi, tenebere tamen nec elabi facile poteris. Quod si enim fundamentum tibi est Propositione in juris naturalis disciplina sub qua cetera subsumi possunt, & in quam resolvi, ad eum modum, eo sensu quo dilectio Christiana, non potest non esse adæquatum universi juris naturalis fundamentum seu propositione sic in intentione prima

¶ resolutione ultima, ut NB. omnes cæteræ in hac disciplina propositiones sub hac subsumi & in hanc resolvi debent. Etenim dilectio sic legis (Decalogi) summa est, ut omnia illius precepta virtualiter, cœu scholæ loquuntur, in se contineat siḡ legis πληρωμα, id quod habet D. vus genitium apostolus Rom. XIII. v. 11. Quod si igitur eodem modo & sensu illa Tibi propositio societas erga alios pacificæ prima fuerit in disciplina & illa, in quam reliqua resolvi debent; iam, quemadmodum is qui dilexit univer- sam Decalogi legem unâ observavit, ita qui societatem erga alios pacificè coluit, omnem naturæ legem implevit. Ex qua quidem propositione necti non debet, ut putat Dnus Pufendorfius, cum sponte sua fluentissime illa consequentia, quas in Christiana sua ostensione adduxit Vigil; quod nominis quantopere sugillent Empatæ, mihi tamen & divini muneris & honoris fuerit amabilissimum, ex Ezech. Propheta cap. III. v. 17. & XXXIII. v. 7. Quæso autem Te quisquis es lector benebole, si vacat & dijudicare animus est, lege cum cura & attentione ea, quæ de fontica hac causa, circa Juris naturalis Propositionem fundamentelem, in quam omne quidquid illius est resolvi debet, videbis, spero, si quidquam in hoc tam nobili studio profecesis, quam sint frigida & febriculosa omnia, quæ illis repouuit Magnus naturalium legum Doctor Pufendorfius. Illa autem quæ seq̄vuntur mihi sic intelligenti esse non licuit ut intellegam. Credo, mihi Dne. Pufendorfi, aliquid dicere voluisti, ne nihil dicere potuisse videaris. Negaveram ego, id quod Tu asserueras, quin portentosæ socialitati tuæ fundamenti loco substraveras effatum; Religio quæ enus ad disciplinam juris naturalis pertinet intra spharam hujus vita terminatur. Et hinc Tua est argumentatio: Ergo Gardelebia nova jam religio surgit quæ citra operam salvatoris nostri

noſtri ex ſola illa notitia circa culum Dei, quæm in hac condi-  
tione ex rationis lumine haurimus, ſalutem aeternam confert. Si  
a me uſurpatæ fuiffent argutiæ, certe aut notum illud occi-  
diſſes; Dat ſine mente ſonos, aut quæ majoris momenti a-  
pologia Tibi eſſe ſoler: Radere viſus homo, bellua viſa loqui.  
*Intra ſpharam bujus vita terminari mihi*, ex recepto loquen-  
di uſu, ſignificat bujus vitæ finibus concludi, neque ad alte-  
rius uſum extendi. Quod ſi igitur *intra ſpharam bujus vita*  
*terminatur Religio*, jam ad alteram non pertinebit. Si autem  
juſ naturale nihil fuerit niſi diſciplina, de colenda publice &  
obſervanda pacifica erga alios ſocietate; jam non video quis  
alius ſit ex propria ſua, quæ naturalis juris eſt, conſideratione,  
Religionis uſus, niſi ut bujus vitæ in ſocietate erga alios pu-  
blice ſeruandæ commoda juvet, adeoq; reipublicæ conſer-  
vandæ vinculum ſit & medium, id quod facile athei quilibet  
& ſeculi noſtræ irriſores largientur. Quod ſi autem expedit,  
ut publicè civitas perſone eiusmodi doctrinæ, qua fini & uſui  
civitatum congruant, illius imbuſ debet juventus, jam ſive turpis  
ſit ſive honesta, ſive vera ſive falſa religio, parum intereſt, ma-  
do huic civitatum ſini aperte ſit & congruens. Sed quid cum ra-  
tione ago tecum, mi Dne. Pufend, qui quamvis ratione non  
careas, ejuraffe tamē illam videris, mecum ubi agere institu-  
is. Ut, quam periculofæ eſſent & noxiæ novitatum tuarum af-  
ſertiones, liquido oſtenderem, tantum in ſpecimen unam al-  
teram ve adduxi, & quam malæ ſint, quæ inde fluant, ſequelæ  
per Instantias, quas vocant oculares, quafi rerum Demonstra-  
tiones indicavi. Tu tantus Leo, ſi confringere non rodere  
voluifſes, instantiæ quam ſint aptæ minus, evincere debebas,  
non graculorum more, ac ſi ē Pſittacorum regione hospes  
nobis nouus accesseris, de iis, quæ nec cohaerent, nec ad rem  
pertinent, nescio quæ garrire. Ecur autem, mi Dne. Pufen-  
dorſi, illa quæ cauſam tuam proprius tangebant, ſic penitus in  
raeta dimittis. Quod Tu autor ſis illius infelicitis in Svecia  
Dialogi de Polygamia, nunquam ego vel aſſerui vel etiam  
crediſi, ſic ut non poſſit non repercuti in Temendacii & fa-

sum calumnia & crimina, cuius reum me egitti, ex hac ratione  
quod Te latitare sub isto sincere & Varenbergii nomine aperte ar-  
guerim. Fateor tamen ex in quo quid super hac causa publicè  
scripseras legere potui, dubium me hæsisse, num etiam hunc  
moralitatis Christianæ articulum à prima Christianitate san-  
ctè habitum, de Polygamia divinitus interdicta crederes, aut  
potius istis tuis scriptionibus in dubium vocares. Sic igitur sa-  
tis aperte & cordate locutus fui: Id in dottore & professore Chri-  
stiano, in academia presertim Christiana & parioris quidem Evangelicæ  
Religionis Lutherano. Augustana, intollerabile est penitus, quando scri-  
bit, se non capere quod per licentiam potissimum Polygamie atheismus  
sibi aditum sternere molsatur, quodq; ut ad excitandam pietatem alii  
quid domesticæ calamitates faciunt, longe maximum videatur pietas  
incrementum sumptuaria per introductam Polygamiam. Itane tandem aë-  
nimum à Christianitate degenerem aperte prodiis Pufendorfi, ut vel Po-  
lygamiam impian verbisque divino veritatem neges, aut impietatem pie-  
tatis causam statuas. Quod si impian non censes verbög; divino veritatis  
Polygamiam, que queso Tibi injuria fuisset, ad publicam presertim fas-  
mam illam quam animo tenes opinionem imputare: impian autem vera-  
boque divino adversam illam si putas, qui sit, ut qui Christianus habens  
opus, ex reimpia pietatis incrementum & illud quidem longe maxiu-  
mum polliceri potueris? p. 61 62. Et ad hæc objecta sic tu prorsus  
conticuisti. At enim animus Tibi fuit ex ratione nihil, ex ca-  
villis & convitiis omnia agere, ut, quod Tu alieno nomini Vi-  
ti honestissimi tam contumeliose lusisti de Gryllo campestri,  
in te possibile ostenderes, & inaudito hactenus exemplo do-  
ceres, quā n, qui homo esse debebat Dnus. Sam. Pufend, tetri-  
cam & inficetam scarabæ naturam sortiisse fuerit, quin tantus  
literarum Heros olim, nunc purus putus scarabarus factus sit,  
qui in pomis volvendus unice occuparetur: sic enim in materia  
fætida est tua literarum elegantia Epistolæ hujus vel famosi  
potius libelli lit. B. q. fac 2. Mihi interim sic firmus & tutus in-  
nocentia clypeus est, ut quidquid in illum vibratum fuerit ca-  
lumniarum, protervitatum, illusionum & malorum nomi-  
num, non possit non inde repercuti, & in autoris ipsius caput  
retundi. Evidem non me clam est, id quod jam de suo tem-  
pore conquerebatus Magnus Scaliger, *Quamus sit hodie obtra-*  
*Etatio-*

statione favor, ut homines portentosis potius scriptis & maledicis, quam bona frugis & modestis delectentur. Hinc ubi aculeatam hanc in me maledicentiam publice dividendi per orbem videre debui, non potui non cum Davide, dilecto illo omnipotentis Dei, in gemiscere: Domine libera animam meam à labiis iniquis, & lingua dolosa. quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad lingvam dolosam, sagitta potentis acuta cum carbonibui desolatoriis. Ps. 120. v. 3.4.

At enim quod idem mihi in solarium scripsit Scaliger; *Magnam sibi metu injuriam fecerit, qui se bene aut male audire in imperiorum arbitrio situm esse putavit, & non potius hec preterveht ans res suas, quam animo suo horere patitur. Quam igitur maxime voluntate & grec facere & gerimur mentis homo, in omnium tamen potuit, praesertim cum sis, qui consolator est. S.S. in memoriam revocaret illud, quo Fratres meos jamdum antea erexeram solarium: Beati estis cum maledixerint vobis & persecuti fuerint vos & dixerint omne malum verbum adversum vos, mentientes contra me, gaudere & exultare quoniam merces vestra multa in celo. Sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos!* Quam ego innocuo *Matthaeum* illam Dissertationem de Polygamia absq; omni ullius iniuria, in veritatis piam assertionem, scribere voluerim, ille novit qui abdita mentis nostræ scrutatur, & arcana cordis in aprico ponit; Et hic crede mi Dn. Pufend., hic videbit, hic judicabit. Vetus et Germanis & jam usu toties & experientia comprobatum diverbium

Wer Obrigkeits und Priester schänd / Niemand selten ja ein gutes End.  
Quam Tu in his affari feceris, jam publice constat; neq; tam omnium dierum sol Tibi occidit. Quæ post hanc vitam te manet vindicta, gravior est. Divus enim gentium doctor, quando eos recenset, qui ob peccatorum atrocitatem æternam salute excludi debent, raptoribus bonorum pejores illas boæ famæ harpyas ad latus ponit, & quam ap̄tayes & λολόποι raptiores & maledici convivatores regnum Dei non accipient sic suis aperie dicit i. Cor. VI. v. 10. Quamdiu autem primam illum, quam prætendis, injuriam ex meo super Polygamia scripto liquidō non ostenderis, id quod onus Tibi non ex civilis eantum juris constitutione, que forte Tibi febriculosa est nimis, sed ex ipsius rationis dicta mine incumbit; non possunt non omnia il-

ta quia in ανεπολογητη tua apologia & in famosa hac Epistola sic  
conuictum loiose & probroso in nre scripta sunt λοιδορεῖν, maledicen-  
tiz & atroces injuriaz esse ; sic ut tu vel tamcum propter huc in me-  
tam injuste ja & a probra, donec sinceram ac veram pœnitentiam.  
Christiane egeris æterna salutis incapax esse debueris. Cogita igi-  
tur, Mi Dn. Pufend., cogita & ex ratione simul & pietate expende a  
quo vecors illa libido, tuo ut animo morem geras, præcipitem Te  
dederit ! Fortissimis literarum Heroibus ob insiginem eruditionem  
tuam, nisi illa abuti voluisse, non immerito accenseri potuisses, &  
ecce ad vilissimam illam fortrem, quæ nec leves anus satis decet  
per illam maledicendi & calumniandi peritiam Te abjicis. Aquila  
in orbe literario esse poteras, & ecce ad simeta Te prosternis sca-  
rabæus, ut sordida illa convictionis poma sic operose volvas. Et  
quod omnium miserrimum est, inter Christianos à Christianis na-  
tus & educatus, cœlestis gratia filius esse poteras, & ecce viperarum  
venenatarum progenies esse voluisti, ut ad morem antiqui serpen-  
tis, in eos qui non læserant, virus effunderes. Mihicerte in foeda hac  
palæsti a certare integrum non est : herbam lubens porrigo. Quod  
si enim quis litigiosâ contendendi libidine dicitur, scito illud in more

1. Cor. XI. possum nobis non esse, neque etiam ecclesia Dei. Quod si autem Te so-  
v. 6. lum intelligere aliquid puras in illa, quam forte diligenter satis  
coluisti, naturalis juris disciplina, facis nra intelligendo, ut nihil  
intelligas, neque id Tibi credent homines, qui quam minus trita sit  
via ad Joviam hanc portam vel mediocriter capiunt. Si rem cum  
re, argumentum cum arguento conferre animus fuerit, mihi &  
hoc & omne, quod pro veritate agitur bellum, militabitur, nec vinci  
minus quam vincere pulchrum erit. Etenim id quod denuo habet  
Scaliger, Demonstrationi vietas dare manu Philosophi est; adversari  
ne hominis quidem, nedum Philosophi. Intererat illud unum mi Dn. Pu-  
fendorfi credito, quam operose & impetuose in me egeris, non tan-  
tem per Dei mei gratiam me commotum iri à Christianitatis officio

Math. 5. ut non Tibi etiam quam atrocissime maledicentl ardenter benedi-  
cam & pro Te perseguente & columnante me, inde sinenter orem.

V. v. 44. Deus misericordiarum pater det pœnitentiam ad agnitionem verita-  
tis ut resipiscas à laqueo illis Diaboli principiis calumniantium, quibus  
ad illius voluntatem detentus & captivus habetens fuisti. 2. Tim. 2. v. 25.

26. In quo quidem pio voto, certe corditus facto, desino Teos; erudi-  
tissime Vir & valere, & salvere, & non doce tantum & gloriose sed  
& humaniter pie & Christiane quæcunq; agis, agere juheo. E.V.

adpiaq; queq; vota & studia officiosissimus

CHRISTIANUS VIGIL.



